



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

17. An teneamur corripere aliquam in dubio, an correactio sit pro futura vel futura? Ex p. 3. t. 5. & Misc. 1. r. 94. alias 93.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

Sub. 4. vbi circa præsentem quæstionem vitur tribus Conclusionibus. Prima Conclusio est: Si dubito, an frater emendabitur, vel non; ita tamen quoddam magis probabile est, quoddam mea correctio nocebit proximo, tunc deo non corrigere. Secunda Conclusio. In eodem casu si certus sum, quoddam mea correctio non nocebit; sed poterit prodesse, tunc teneor corrigere. Probat. Quoniam in simili euentu obligaret dare elemosynam corporalem indigenti, cui potest prodesse, & non obesse, ergo multo magis in prædicto casu. Et confirmatur exemplo. Quia medicus tenetur applicare medicinam infirmo, de qua certus est, quoddam poterit prodesse. sic D. August. cuius verba habentur de Pœnit. d. 7. can. *Si quis autem*, ait, *Do tibi penitentiam. quia nescio, an tibi proderit, vel non. Nam si scirem, non tibi prodesse, non tibi darem, non te admonerem, non te tererem.* prædicta conclusio maxime habet verum, quando proximus est in articulo mortis. Tertia conclusio. Quando sum in dubio æquali, an mea correctio proderit, vel nocebit, valde probabile est quoddam non teneor admonere. Et hoc est quoddam sentit Caietanus meo iudicio. Et propterea ponit ille exemplum, quando non cognosco corrigendum, neque scio ingenium hominis. Ratio huius conclusionis est: Quia expono me periculo amplius scandalizandi illum, & patiendi iniuriam ab illo, ergo pro tunc melius erit, & tutius suspendere correptionem. Conclusio tamen intelligenda est extra casum extremæ necessitatis, vt si iam proximus est in periculo mortis, tunc tenebor illum corrigere, etiam si probabiliter timeam, quoddam mea correctio nocebit ei; dum modo sit probabile, quoddam poterit prodesse. Ita Bannez.

6. Sed circa præsentem questionem ne deferas etiam videre Franciscum del Castillo in 3. sentent. tomo 2. disp. 6. de Correct. quest. 4. num. 7 & 8. & Gasparem Hurtandum disp. 6. de Correctione, diff. 7. afferentes, quoddam si est æquè probabile quoddam correctio nocebit, ac quoddam proficiet, tunc non tenemur corrigere. Si verò est minus certum, scilicet, si sit dubium quoddam nocebit, & magis certum, scilicet si sit probabile, vel moraliter certum quoddam proficiet, tunc tenemur ad correctionem; vide rationes penes ipsos. Vide etiam circa præsentem quæstionem Trullench in Decalog. tomo 1. lib. 1. cap. 5. dub. 14. num. 7.

RESOL. XVII.

An teneamur corrigere aliquem in dubio an Correctio sit profutura, vel obfutura? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Ref. 94. alias 93.

Sup. hoc supra in Ref. 7. S. Agidius Trullench, in Ref. 15. & 16. d. § 2.

§. 1. **N**egatiuè respondeo cum Villalobos in sum. tom. 2. tract. 4. diff. 3. num. 4. vbi sic ait. *Aduertase que en caso de duda si mi correccion ha de approuechar, o dañar, es muy probable, que no tengo obligacion de amonecer al hermano, como dize Bañez, y Caietano: el exemplo es quando no connozo al que he de corrigir, ne su condicion, porque me pongo a peligro de escandalizarle, y que me diga mil pesadumbres, y pegue mas en esso, que en lo otro, salvo si estuuisse in articulo mortis. Ita ille. Vnde ex his tollendi sunt scrupuli ab illis, qui volunt corrigere aliquos per plateas ciuitatis blasphemantes: nam in tali casu, non tenentur ad præceptum correctionis, cum nesciant naturam, & conditionem talium personarum, & ideo ait Tannerus 2. 2. disp. 2. quest. 5. art. 4. num. 87. maior est obligatio in tali casu præcepti negatiui de non nocendo proximo, quam affirmatiui de commodando.*

RESOL. XVIII.

An teneamur adhibere Correctionem, cum adesset periculum nostri damni, & incommodi graui? Et si leue dumtaxat immineret, an teneamur? Et quid, quando proximus est in peccato mortali, & nullum aliud est tempus, in quo possit adhibere Correctio, cum ex hypotesi sit iuxta iam mortuus? Ex p. 7. tr. 3. Ref. 26.

§. 1. **R**espondeo negatiuè; nam vna ex conditionibus necessariis ad correctionem fratris nam est, vt nobis eam adhibentibus non immineret periculum vitæ, famæ aut alterius incommodi: si enim imminet, cum nos ipsos debemus magis diligere, quam proximos, certum est nos non teneor eam adhibere: quamuis secundum Sotum, extrahendus sit casus necessitatis extremæ spiritualis, vt pote quando proximus est in peccato mortali, & nullum aliud est tempus, in quo possit adhiberi, cum ex hypotesi sit iam iam moriturus, & nemo est qui possit eripere præter nos, tunc ad eam cum isto periculo tenemur: hoc enim ordo charitatis, vt supra ostendimus, necessariò postulat: quando verò alij sperant, qui possunt corrigere, vel speratur correptionis tempus opportunius, nemo in tali necessitate cum periculo vitæ, famæ, aut fortunarum tenetur. Dicit verò in conclusione, aut grauis alicuius incommodi: quia si dumtaxat leue nobis immineret ex eiusmodi correptione, & alia ex parte notabile bonum speraretur, esset ipsa necessariò adhibenda. Et tenet apertè S. August. lib. 1. de Ciuit. cap. 9. vbi docet, eos qui ob similem metum desunt corrigere peccatores, etiam eo casu quo sperant aliquos sua correptione emendandos, non peccare damnabiliter; quamuis insinuet eos quandoque peccare venialiter, quod facillè potest intelligi casu, quo ipsi illa mala minime prudenter timent, aut quando mala, quæ timent non sunt ita graua: nam de eiusmodi etiam timore apertè ibi loquitur. Probat, quia extra casum extremæ necessitatis non teneor cum tanto meo damno proximi salutem procurare. Et ita tenet Hurtadus vol. 2. disp. 162. sect. 5. §. 53. Trullench, in Decalog. tomo 1. lib. 1. cap. 5. dub. 14. num. 9. Calpenius in Cursu Theol. tomo 2. tract. 17. disp. 6. sect. 1. num. 12. Sanchez in Opusc. tomo 2. lib. 6. cap. 2. dub. 3. num. 7. Duuallius in 2. 2. tract. de Correctione, quest. 9. art. 4. & alij communiter. Sed difficultas de extrema necessitate proximi, quia est satis ardua, latius examinanda est: idèd quæro,

RESOL. XIX.

An in extrema necessitate proximi teneamur illum corrigere cum proprio vitæ periculo, vel cum graui periculo amittendi honorem vel statum? Ex quo etiam deducitur, an quis teneatur cum periculo vitæ baptizare infantem in extremo vitæ? Et quid in dicto casu de matre grauida: an teneatur permittere se secari, vt fetus baptizetur? Et an adulto, cui difficilis est contritio, tamen est possibilis, cum periculo vitæ obligatus quis sit Sacramenta ministrare? Ex p. 7. tr. 2. Ref. 27.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Turrianus in 2. 2. q. 1. Charit. disp. 28. dub. 6. num. 124. & 126. Duuallius in 2. 2. tract. de correct. quest. 9. art. 4. Maldonatus in 2. 2. quest. 33. art. 3. & Bañez in 2. 2. quest. 33.